

Einführung in die Ravensbergischen Merkwürdigkeiten.
Einer Arbeit von Ernst Albrecht Friedrich Culemann (.....)
(mit ergänzenden Angaben von Erich Wehmeier, Steinhagen, WFA)

§. 2.


Es geschieht zwar in dieser Grafschaft in des:

- a) Techenmacherie annalibus Cliviae etc.,
- b) des Kleinsorgii Chronicke,
- c) Stangefollii annalibus,
- d) Gobelini Personae Decani Bielefeldensis Cosmodromio,
- e) des Hamelmanni operibus historicis de Westphalia & Saxonia,

und ansonsten in vielen andern Büchern Erwähnung. Man findet aber diese Nachrichten weder beisammen noch in gehöriger Ordnung. Der gelehrte Rentmeister und Gohgraf im Amt Ravensberg, Hermannus Adolphus Meinders, hat ebenfalls eine: *Seriem & res gestas Comitum Ravensbergensium*, auch die: *Monumenta Ravensbergensia* in lateinischer, als auch die: *Antiquitates Ravensbergicas* in deutscher Sprache geschrieben. Diese Werke sind aber nicht gedruckt worden, und liegen nur geschrieben in weniger Leute Händen. Und außerdem hat der fleißige Amtsschreiber zum Sparrenberg, Wolff Ernst Alemann, sehr viele gute Nachrichten mit unglaublicher Mühe gesammelt. Sie wurden aber nicht in gehörige Ordnung gebracht, weil seiner Meinung nach, niemand die Sammlung durch den Druck bekannt machen würde.

In diesem Paragraphen erläutert Culemann die Quellen aus denen er schöpfte. Vieles davon bedarf der quellenkritischen Überarbeitung, stellt aber den benutzten Literaturfundus und die genannten bedeutsamen Geschichte schreibenden Persönlichkeiten seiner Zeit dar.

Hermann Adolph Meinders (31.07.1665 – 17.06.1730)



Auf der Rückseite des Portraits findet sich der abgebildete Zettel mit folgender Erläuterung:

Hermann Adolf Meinders,
Gohgraf zum Ravensberge, Königlich Preußischer
Justizrath und Historiograph, geboren auf dem
Gute Steinhausen bei Melle Halle am 31. Juli 1665,
gestorben am 17. Juni 1730.

Ein sehr gelehrter Mann und Verfasser
vieler gedruckter und ungedruckter Schriften.

S. Weddigens Beschreibung der Grafschaft
Ravensberg. I. Teil. S. 168. -

Quelle: Museum Haller ZeitRäume, URL: http://www.haller-zeitraeume.de/front_content.php?idcat=26&idart=193&lang=1

Nähere Angaben über die westfälischen Geschichtsschreiber

Wolff Ernst Alemann (1654 - 1725)

Collectanea Ravensbergensia.

(Ursprüngliche Bandzählung: Bd. 1 3; 5 – 11. Bd. 4 gab es nie. Später 24 Bände)

(Auszug aus: **Justitia-Darstellungen in Ostwestfalen-Lippe in der frühen Neuzeit**)

Einen wichtigen Beitrag zum Erhalt von historischem Quellenmaterial leistete der 1654 geborene Wolff Ernst Alemann. Er war Amtsschreiber des Amtes Sparrenberg und Kommissions-Sekretär der Grafschaft Ravensberg. Er hatte allerhand Informationen und Material über die Geschichte der Grafschaft und Herfords gesammelt und zusammen getragen. Er schrieb nieder, was ihm erzählt wurde, er sammelte Urkunden, Edikte und Verordnungen und fügte sie in mehreren Bänden, den Collectaneen, zusammen.

Hermann Hamelmann (1525 – 26.06.1595)

Lutherischer Theologe und Historiker. Er gilt als Reformator von Westfalen

Opera Genealogico-Historica de Westphalia & Saxonia inferiori

Vita Hermanni Hamelmanni

Theologiae Licentiar, Lemgoviensis olim Pastoris apud Neopolitanos,
post Superintendentis Oldenburgensis.

Ex ejus scriptis potissimum collecta.

Hermannus Hamelmannus natus Anno 1525 Patre Eberhardo Hamelmanno in Neapoli apud Osnabrugenses Canonico. In Schola canonicâ literarum tyrocinia ibidem duce Scleibingio posuit, quem ex canonica in Senatoriam Osnabrugensium Scholam translatum, secutus est, Ex Academia redux Anni 1552 oppido Camen, patriae Celeberrimi Buxtorffi, solem renovati Evangelii attulit, pulsus inde à Mareschallo, Theodoro Reckio susceptus est Anno 1553 à Capitularibus in Bilefeld, & surrogatus in locum Thomae Eltii, Pastoris ibidem nuper demortui, socio ibidem Bileveldiae Schnecampio Rectore, pueros Psalmis Germanicis & Catechesi Lutheranae assuefecit. Sed inde aulicorum praepotens libido illum pepulit, tum Lemgoviam venit, & locum Pastoris in urbe Neopolitanâ adeptus est, de meliori ipsum nota commendantibus Georgio Honderlage, ibidem Physico, & Johanne Cock, patritio & Consule Lemgovienese, incidunt haec in annum 1554 per occasionem vero belli Rhetbergici Cancellarius Dusseldorpiensis, Vlatenus, eum ex Lemgovia ad tempus discedere coegit tum discessit Rostochium factus ibi Licentiatu de 1. Julii Anno 1558 sub praefidio Doctoris Chytraei Theses de S. Eucharistia composito Lemgovienese Anno 1558 eum revocarunt ad Ministerium Neapolis, tum mirum in modum populosae, mox etiam Comitatum Waldecensem à scabie interimisticâ repurgavit Anno 1567 à principe Auriaco (quem Strada Orangium vocat) ad colloquium Antwerpiense evocabatur; tanta Concionatoris Lemgovienensis auctoritas erat. Reversus è Brabantia reformavit Brunswicensem Ducatum promotore Julio Duce, Academiae Juliae conditore, postquam 14 annos Ecclesiasten egerat Lemgoviensem, factus Superintendens in locum Selnecceri, Lipsiam evocati, in Gandershemio Anno 1568 paulo post, nempe Anno 1570 à Comite Oldenburgico Anthonio I. vocatus ad munus Ecclesiarum Oldenburgensium promovendam, Fortissimus heros Anthonii I. frater, lectis studio Lutheri, Philippi Melanchthonis & Urbani libris & Oldenburgi constitutis primis Ministris Ecclesiae Ummio Ulrico & Matthia Alardo jam tum Anno 1527 & 1528 ceperat Ecclesias Oldenburgense à Papatu reformare.

Anthonius I. Defunco 1566 de 4. Augusti fratre Christophero reformationem continuare studuit, eam ob causam suasu Consiltarii Tilingii, à Civitate Mindensi triennio ante obitum, petiit, ut sibi M. Hermannus Huddaeum ad officium Superintendentis obeundu perpetuo, aut ad tempus ad Reformandas Ecclesias concederent, at repulsam tulit, hinc etiam reformatio non ex voto successit: Fovit tamen & Ministros Evangelicos Ecclesiae M. Ulricum Hezenum, Stadlandium, Hermannum Chremetem (qui etiam S. Synaxin aegroto porrexit, & funeri parentavit) & interim, licet Carolus V. per literas petierat, introducere, multo minus subscribere voluit.

Demortuo Anthonii I. 1573 mense Januari hujus filii Johannis XVI. & Anthonius II. in specie vero Johannis XVI. majori studio reformationem urserunt, utque res eo felicius succederet Johannis XVI. D. Nicolaum Selneccerum, Theologum Lipsiensem, ad se evocavit ut una cum Hamelmanno Reformationis opus ad finem perduceret, & Christianam ordinationem Ecclesiasticam ambo conscriberent, quae Anno 1573 de 13 Julii perfecta & Jenae eodem anno Typis excusa simul & eodem tempore in omnibus Templis Comitatus Oldenburgensis & Delmenhostis publicata communique consensu compobata fuit.

Eodem 1573 anno de 13 Julii Hamelmannus à Comite Johannis XVI. dignitate Superintendentis ornatur Collegasz in Constitorio nanciscitur Dn. Johannes von Hallen, Cancellarium, M. Hermannum

Tilingium, Consiliarium, Hermannum Burinum, pastorem Strukhusanum & M. Ulricum Meinardum, pastorem Blexensem. Anno 1574 & sequentibus Hamelmannus noster strenuè reformavit Comitatum Oldenburgensem & Delmenhorstanum, eo quod multi abusus tam in doctrinâ, quam in moribus ibidem invaluerant. Anno 1576 Hamelmanno, unacum Satrapa Jeverano Burchardo de Steinbergen, multisque aliis Cosiliariis injungitur, ut convocatis Ministris Ecclesiae ditionis Jeveranae, proponerent an Ordinationi Ecclesiasticae Oldenburgensi in Comitatu Oldenburgensi jam receptae, subscriptione assentiri vellent, si vero non, dubia circa doctrinalia & moralia proponerent & horu placidam solutionem à Licentiato Hamelmanno exspectarent; pleriz veritate rei convicti & solutione dubiorum contenti, subscripserunt, duo vero Conradus Quantius, Pastor Wardwardensis & Johannes Meppellensis, Vicarius Sillenstedensis, Reformatae Religioni addicti, constanti animo se opposuerunt, his terminus quatuor septimanarum ad mutandam mentem constituitur, praeterlapso hoctempore Hamelmannum Jeveram proficiscitur, cui illi dubia fusius consignata, quare subscribere non possent, tradunt, denuo illis dies, nempe 4 Aprilis ad proponenda dubia praefigitur in Consistorio, praesentes fuerunt ex politicis Theodorus Eiben & Stratus Reincking, Consilarii Jeverenses, ex Theologis Hermannus Accumensi, M. Ulricus Ziadonius, Elardus Roverus (qui etiam formulae Concordiae subscripserunt), Isebrandus Middochius & Gerhardus Howichius; Dubia Quantii & Meppellensis circa hanc rem Hamelmannus ex Scriptura Sacrà & doctoribus Ecclesiasticis ita solvit, ut non haberent quod regerent, ordinationi Ecclesiasticae tamen subscribere noluerunt, eamque ob causam, uti petierant, dimissi, ne schisma oriretur, hoc colloquium brevi post latine typis evulgatum est. Micraelius scribit hoc colloquium anno 1577 habitum esse, ad falso, forsan anno colloquii impressi, seductus.

Cum Anno 1580 formulae Concordiae plerique Theologi Lutherani subscriberent & hic Hamelmannus una cum non nullis Politicis & Theologis ex Comitatu Oldenburgensi, Delmenhorstano & Jeverano nomen suum addidit, hoc ordine in Formula Concordiae leguntur: Hermammus Hamelmannus L. S. Johan von Halle, Cancellarius, Hermannus Tilingius, Consiliarium, Ulricus Meinardus, Consistorialis Blexensis (alter Consistorialis, Hermanus Burinus, Pastor Struckhusanus jam Anno 1576 obierat) Henricus Chremes, Gerhardus Sagittarius & Gerhardus Hannekenius &c. Circa illud tempus à Comite Johanne XVI. Mandatum conscribendi Chronicon, Oldenburgense accepit, qui etiam illi varia antiquitatum, documentorum, sigillorum & literarum genera ut & libros necessarios suppeditavit & in archivis aditum liberum concessit hoc opus ad annum emortualem 1595 perduxit & 25 Aprilis dicti Anni, Comitibus Oldenburgicis manuscriptum obtulit, quod demum Anno 1599 continuante Hermanno Neuwaldo, Medicinae Doctore, impressum est, praeter omnium autem exspectationem propter hoc Chronicon Oldenburgicum Ubbonem Emmium, Frisium Orientalem Grethanum, adversarium gravissimum expertus est, ad componendum autem horum litem Comes Johannes XVI. unum ex Consiliariis ad Emmium, Groningae Rectorem, misit. Emmii litterae hac in causa scriptae, adhuc Oldenburgi in Archivis asservantur. Adversus autem viruentas Emmii calumnias, pro Hermanno Hamelmanno jussu Johannis, Comitum Oldenburgicis, Apologiam edidit Gebhardus Gisekenius, gener ipsius Anno 1600. Lemgo viae impressam, cui Johannes Hamelmannus, Hermanni Filius, carmen non inelegans addidit.

Vixit feliciter in Matrimonio, prima ejus uxor fuit Elisabetha Velstenia, pastoris in Leuenstein, Henrici Velstenii, soror, ex qua suscepit filium in juventute postea mortuum, triennio post secundam uxorem duxit Claram Perottiam, Lemgovianam, cujus frater Elias Perotte, Professor Juris Rostochii, & Johannes Perotti, pastor Capellensis, in Comitatu Lippiensi, fuit illa tamen, in medio aetatis flore, Anno 1589 in die Martini, diem obiit supremum, relictis quatuor parvulis liberis, Maria, Elisabetha, Johanne & Gertruda. hujus Epitaphium in Templo Majori Oldenburgensi hac Inscriptione ornatum est

Gerhard von Kleinsorgen (1530 - 1591)

Kirchengeschichte von Westphalen und angrenzenden Oertern. Band 1.

Inhalt des 1sten Buches: Wie der Heilige Petrus und seine Nachfolger die Römischen Bischöfe, ihre Gesandten, und Jünger die Kirche Christi in den Occidentalischen Ländern fundiert, und unter andern in Gallien, Britannien, primam et secundam Germaniam, das ist in Frankreich, England, und in die Ueberrheinischen Länder, auch in Hochdeutschland, christliche Bischöfe, Priester und Lehrer geschickt haben. Wie in den ersten sieben hundert Jahren nach Christi Geburt immerhin mehr Leute zu den christkatholischen Glauben bekehret, und was für eine Lehre, Religion und Gottesdienst erstlich aldort, und hernach in Westphalen gepflanzt worden. Wie endlich die Sektarien zu unsern Zeiten die Römischen Bischöfe oder Pápste (welche die christlichen Lehrer und Prediger in benannte Länder ausgesandt) für Antichristen und ihre Jünger und Nachfolger für Glieder des Antichrists, auch ihre christliche Lehre, Religion, und Ceremonien für antichristisch, aber ohne alle Gründe, ausgegeben haben.

Inhalt des 2ten Buches: Wie und wo das Land Westphalen oder Altsachsen gelegen, und wie die

Einwohner des selbigen Landes in wahrender Heidenzeit auch hernach geheen, und wie sie gegen das Jahr 700 nach Christi Geburt und in den nachstfolgenden hundert und mehreren Jahren zum christlichen Glauben bekehrt worden seyn. Welche Bischofe und Lehrer der Papst zu Rom aus Engelland dazu ausgesandt und verordnet habe. Wie treulich die Konige in Frankreich, besonders Kaiser Karl der Groe, dabey geholfen. Welche christliche Religion, Lehre und Gottesdienst erstlich darin gepflanzt worden, und was von Zeit der ersten Bekehrung bis in das Jahr 814, und so folglich bis an des hochst ruhmlichen Kaisers Karl des Groen todlichen Abgang in Religions- und Kirchensachen in und bei Westphalen sich zugetragen habe.

Inhalt des 3ten Buches: Was sich in und bey Westphalen oder Altsachsen besonders in geistlichen und Kirchen-Sachen, nach Absterben Caroli Magni bey seines Sohnes Ludovici Pii und etlicher nach folgender Kaiser des Karolinger Stammes, auch ferner bis Henrici des Ersten Zeiten, und so folglich in den nachsten hundert Jahren nach dem Jahr 814 zugetragen hat.

Inhalt des 4ten Buches: Von den hochloblichen Romischen Konigen und Kaisern des Wedekindischen, das ist, des Sachsischen und Westphalischen Stammes, namlich von Henrico dem Ersten, Ottone dem Ersten, Zweyten und Dritten, und Henrico dem Zweyten, und was sich bey ihren Zeiten, und also zwischen dem Jahre 920 und 1024, sonderlich in geistlichen und Kirchensachen in und bey Westphalen zugetragen habe.

Inhalt des 5ten Buches: Von den Zeiten Kaisers Conrads, und etlicher nachfolgenden Kaiser, bis zur Zeit des loblichen Sachsischen Kaisers Lotharii.

Herman Adolf Meinders, auch

Hermannus Adolphus Meinders (31.07.1665 – 17.06.1730)

Seriem & res gestas; Comitum Ravensbergensium; die Monumenta Ravensbergensia in lateinischer, als auch die: Antiquitates Ravensbergicas welche in deutscher Sprache geschrieben wurde; etc.

Literatur: Ravensberger Regesten; Jahrbuch der Historischen Gesellschaft S. 55 – 95 (1938);

Viele seiner oben aufgezahlten Arbeiten bedurfen noch der Veroffentlichung

Gobel PERSON auch Gobelini Doctoris (1358 – 17.11.1421)

Decani Bilfeldensis et Officialis Paderbornensis Cosmodromium;

hoc est: Chronicon Universale Complectens Res Ecclesiae et Reipublicae ab orbe condito usque ad annum Christi 1418: inprimis compendio explicans historias gentium Germanicarum exquisita exquisita reperitur exposito rerum illarum, quae sub PP Urbano VI., Bonificatio IX, Innocentio VII., Gregorio XII., in Italia contigerunt

Hermann Stangenfol (1575 – 1655)

Annalibus Circuli Westphaliae.

(Westphalisches Urkundenbuch, Genealogie)

Werner Teschenmacher, auch

Wernheri Teschenmacheri (13.09.1590 - 02.04.1638)

**Annales Cliviae, Juliae, Montium, Marcae, Westphalicae,
Ravensbergae, Geldriae et Zutphaniae.**

PRAEFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM

Ut fidem meam tandem liberem, novam, quam ante aliquot annos promisi, Wernheri Teschenmacheri ANNALIUM CLIVIAE, MONTIUM, MARCAE, WESTPHALICAE, RAVENSBERGAE, Vicinarumque Ditionum, Tibi, B.L. Editionem exhibeo, quod si opinione Tua forte serius fiat, meae id culpae attribuas, vitioque mihi vertas nolim. Non enim nisi paucas, quae a muneris mei ratione mihi relictae sunt, horas subsecivas huic labori impendere decreveram, atque id solum in adornanda nova hac Editione faciendum mihi proposueram, ut, quam possem, emendatissime verba Autoris imprimi curarem, notisque subinde res praecipuas illustrarem; Ubi vero ipsi operi manum admovi, plus negotii, quam quidem credideram, mihi datum fuisse perspexi. Haud quoque exiguam mihi nonnunquam remoram facit Scriptorum Galliae Belgicae, & Germaniae Inferioris, unde plurima ad illustrationem horum Annalium haurienda erant, raritas, atque in his praesertim oris penuria, quos propterea, ut & manuscripta, quibus indigebam, Chronica non sine magno sumptuum & temporis

dispendio aliunde arcessere & comparare mihi coactus fui. Quibus insuper ambagibus agendum, ut Diplomatum, quibus carere haud potui, detur copia, optime norint, usuque didicerint, qui tractandis colligendisque ejusmodi Documentis publicis occupati unquam fuerunt. Taceo alias complures causas, quae impedimento mihi fuerunt, quo minus citius voti mei compos fieri potuerim.

De Autoris nostri Vita non habeo, quae commemorem, nisi quod Elverfeldiae, Ducatus Montani oppido, atque Johannis quoque Monhemii, cujus Hermannus Hamelmannus inter Viros Westphaliae scientia & scriptis illustres meminit, urbe patria natus, & Sanctenae in Ducatu Cliviae verbi Divini Interpres fuerit, primusque ac solus hactenus extiterit, qui patriae suae simul ac Cliviae, Juliae vicinarumque Ditionum res in Annalium formam redegerit. Res quidem Clivenses post ipsum describere sibi proposuerat amplissimus Civitatis Vesaliensis Consul, Hinsenius, magno in eam rem Diplomatum apparatu congesto, sed opere, quod dolendum, imperfecto decessit.

Praeter vero hosce suos Annales, de Ecclesia quoque bene mereri studuit Autor noster, Confessione fidei Ecclesiarum in Ducatu Cliviae, Juliae & Montium, cum anno 1633 repurgatae in illis Ditionibus Religionis memoria celebraretur, juxta Catechismum, a laudato Monhemio, jam olim concinnatum, edita, atque Vesaliae impressa sub titulo: "*Repetitionis brevis Catholicae & orthodoxae Religionis, quae singulari Dei beneficio ante Seculum a Papatu reformata, in Cliviae, Juliae, Montium Ducatibus cum attinentibus Comitatus & Dominiis hactenus ex Dei verbo tradita & conservata est*"; cui libro celebris JCTi & Consiliarii olim Clivensis, Conradi Heresbachii Vitam, ejusdemque Epistolam de *Factione Anabaptistica Monasteriensi* adjunxit, ceu prodromum, ut scribit, *Annalium Ecclesiasticorum*, quos eodem tempore ad praelum paratos, atque Elisabethae Charlottae, Divi Georgii Wilhelmi, Electoris Brandenburgensis, Conjugi inscriptos, possideo.

Ceterum quod ad Annales Autoris, quos nunc denuo edimus, attinet, ut multis eos commendemus, haud erit necesse, quippe cum magnum, quo hactenus Exemplaria illorum emta fuerunt, atque commune Reipublicae litterariae, ut denuo imprimerentur, desiderium pluribus illorum encomiis nos supersedere jubeant.

Quid autem hac nova illorum Annalium Editione praestitum a nobis fuerit, paucis B. L. monendus eris. A mendis, nimirum, quibus scatebant, typographicis eos purgare, atque errores, a quibus haud immunes sunt, Historicos & Genealogicos in adjectis Annotationibus & Tabulis Genealogicis corrigere, omniaque tum probatorum Scriptorum testimoniis, tum Diplomatum, quorum maximam partem hactenus ineditorum collectionem subjunximus, fide magis illustrare ac confirmare studuimus.

Ex authenticis manuque scriptis Commentariis, praeter Gerhardi Schurenii, itemque Averdorpiense & Johannis Turckii Chronica, quibus Autor in scribendis suis Annalibus praecipue se usum fuisse testatur in Syllabo Autorum praefationi ejus infra subjecto, nos insigne Anonymi cujusdam opus Historico-Genealogicum, quod Essendiense vocamus, atque Secretarii cujusdam Clivensis, tempore Adolphi & Johannis I. Ducum Cliviae, Chronicon (de quibus vide sis pluribus notas nostras admemoratum Syllabum), adhibuimus.

Chartas Geographicas, quia ad Annales hosce non accommodatae, sed ex Blaeuiano opere Geographico, quod eodem tempore parabatur, mutuatae, atque quibusdam tantum horum Annalium Exemplaribus inserte fuerunt, novae huic Editioni addere, haud consultum duxi, sed retenta solum Ewichii Tabula Cliviae, ceterarumque Ditionum, Geographica Antiqua, reliquarum loco *summariam* earundem Regionum *Medii Aevi Descriptionem Geographicam* adjecimus.

Multum praeter ea in adornanda hac Editione me debere profiteor Litterarum Patronis & Fautoribus, inter quos praecipuo loco & summi honoris causa commemorandus mihi est *illustrissimus Vir*, Ludovicus Otto, Nobilis de Plotho, Potentissimi Regis Prussiae Status, Rerumque gravissimarum Administer, & supremorum Tribunalium Praeses, qui ex instructissima sua pariter ac selectissima Bibliotheca rariores libros mecum communicari benevole indulgit, quo nomine maximas ipsi ago habeoque gratias. Nec reticendus est *Vir praenobilissimus*, Johannes Henricus Schlüterus, Regi Prussiae a Consiliis Justitiae sanctoribus, & Societatis Scientiarum Berolinensis Director meritissimus, cui, ut & aliis, qui favore suo me adjuverunt, quam obstrictissimus me agnosco, Deum precatus, ut Reipublicae Literariae incremento diu superstites ac sospites eos relinquat.

Quod superest, B. L. Si hunc meum laborem Tibi haud displicuisse intellexero, id agam sedulo, ut Autoris nostri Annales Ecclesiastici Reformationis cum aliis, quorum supra feci mentionem, Rerum Westphalicarum ineditis Scriptoribus propediem in lucem prodeant.

Vale. Dabam Francofurti ad Oderam
X. Calend. Maji, M DCC XXI